



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

5. An Pontifex suppleat iurisdictionem in ministracione Sacramentorum, stante errores communi, absque titulo colorato? Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

8. Tract. I. de Potestate Pontificis

tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. document. 9. num. 1. sic assententi, **O** Obispo Cura, o Confessor, y quequiera otro simple Sacerdote que en alguna ocasion se hallare induso de si tiene jurisdiccion necesaria, ordinaria, o delegada para absolver al penitente, si en su favor alcanza a tener opinion probable, de quo lo puede hazer aconsejar comitemente los Doctores que no dud. en absolverle con mucha seguridad, y sin temor alguno de peccado: ni del valor del Sacramento, porque es opinion comun de infinitos Autores, que quando el Confessor absuelve, movido con opinion probable en su favor, aunque ella en si, id est a parte rei, no fuese cierta, lo es la absolucion, porque como ellos doctissimamente defienden la Iglesia entonces suple la jurisdiccion necesaria. Hecille.

RESOL. V.

An Pontifex suppleat iurisdictionem in ministracione Sacramentorum, stante errore communi, absque titulo colorato?

Et quid est dicendum in casu, quo adest error communis, & titulus coloratus?

Et inter alia, quae ex doctrina superioris quaestionis deducuntur, tandem asseritur, an sit falsum, quod si in Pontificem eligeretur scemina Communis circa sexum concurrente errore, valeant per eam velut Pontificem facta? Ex part. 8. tract. 1. Resol. 94.

Sup. contecto in hoc §. lege §. Ex his patet, Relol. praeterita, & figuranter in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. §. 1. & in alit §. dicta Relol. confirmati- bus. Vel co- tra venientibus eius do- ctinam, & ibi in tr. 4. Ref. 52. §. pe- nit, a me- dio, a veri Sacerdos.

Supplere Pontificem in ministracione Sacramentorum iurisdictionem, quando adest error communis, & titulus coloratus, docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrimo- tom. 1. lib. 3. disp. 22. n. 49. quibus ego addo Solor- zanam de Indiarum iure, tom. 2. lib. 2. cap. 4. num. 75. VVanchium de iure Pontificio, tom. 1. quasi. 97. num. 7. Boffium de Matrim. cap. 4. §. 35. num. 96. Gonzalez in reg. 8. Cancell. gloss. 55. §. 1. n. 179. Fagundez part. 2. Ecclesiast. lib. 7. cap. 2. n. 26. Gutierrez de Matrim. cap. 62. num. 26. Filisucium tom. 1. tract. 10. cap. 6. num. 295. Lessium lib. 2. cap. 29. dub. 8. num. 67. Trullench. in Bull. Cruc. lib. 2. §. 7. cap. 1. dub. 13. n. 7. Thefaurum in praxi de penis. p. 1. cap. 6. Ludouicum a Cruce in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 2. dub. 3. n. 3. Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. diff. 46. per totam, & alios penes ipsos.

Et pro contento in hoc §. Sed difficultas, in tom. 1. tr. 3. Ref. 20. §. 1. mo & seq. & lege ibi doctrinam Ref. 21. in tom. 2. tr. 6. Ref. 81. & 91. §. Et tandem & in tom. 3. §. Sed audiamus, ad medium a veri. Insuper.

Sed difficultas est (attendas quaeso amice Lector) quid dicendum in casu quo adest tantum error communis, absque titulo colorato. Et affirmatiuam sententiam docuit lumen fulgentissimum in clytae Academiae Salmanticensis, Basilius Pontius, quem postea sequutus est Ioannes Sancius, quos ego citavi in part. 1. tract. 2. Miscellan. resol. 45. At, ut verum fatear, communis sententia est in contrarium; & ideo sic asserit Cardinalis Lugo de iustit. tom. 2. disp. 37. sect. 3. num. 23. Caeterum recedendum non est in re tanti ponderis a communi sententia, maxime cum ex opposita sequantur multa inconuenientia, & fortasse maiora, & in praxi durissima. Sequitur enim, quod si aliquis malitiose se Legatum Papae fingat, & ostendat Bullas falsas in testimonium suae potestatis, eo ipso istius acta futura sint valida in utroque foro, sicut si esset verus Legatus Papae. Item haeretici, qui se Episcopos fingant, & potestate illa ficta decipiunt rudes, & rusticos, non minorem habebunt potestatem iurisdictionis circa illos, quam si veri essent Episcopi, dum adest error communis; haec quidem durissima sunt, & conduceretur ad fouendos

nequissimos simulatores in suis fraudibus. Merito ergo requiritur ad valorem gestorum per iudicem falso exultimatum, quod habeat titulum coloratum; hoc est saltem apparentem, qui sit a legitimo superiore. Ratio autem differentiae inter utrumque casum ea videtur esse, quod in nostro casu Respublica, seu Ecclesia, aut potestas superior est, quae proponit populo illum iudicem, vel ministrum, & eo ipso tacite hortatur populum ad illum recipiendum; idcirco superior, quicumque ille sit, ne videtur cooperari deceptioni, & detrimento populi, supplet defectus occultos quantum satis est, ut populus non patiat ex illo vitio occulto. Quando autem aliquis ex sua malitia est intrusus sine titulo superioris, tunc superior nullo modo illum proponit populo, nec cooperatur detrimento, quod sequitur, sed ipse intrusus est causa adaequata illius deceptioni: non ergo mirum, quod tunc superior non suppleat defectus, maxime ex illa benignitate nascerentur alia maiora fortasse inconuenientia supra insinuata. Ita Lugo.

3. Sed his non obstantibus, inuenio sententiam magni Basilij Pontij antea docuissent nostrum Molfelum in summa, tom. 1. tract. 7. cap. 13. num. 21. & nouissime praeter Sancium docere etiam Cutil- lano in addit. ad praet. 4. Mancini, dub. 29. & me citato, Bordonum in Consil. Regul. tom. 1. resol. 36. quasi 14. num. 50. nostrum P. Delbene tract. de Comitiis, dub. 4. subsect. 32. corol. 2. num. 1. & 3. Leandrum de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 11. quasi. 102. & me citato, tanquam probabilem admittit Caspensis in curs. Theolog. tom. 2. tract. 24. disp. 5. sect. 6. num. 52. ex his fundamentis. Primo probat, quia negari non potest iurisdictionem acquiri praescriptione, ut colligitur ex cap. duo simul, &c. cum contingat, & ibi gloss. & Pannonitanus, & Rota decis. 2. in nouiss. de praescript. ergo iurisdictione non semper habetur ex superiore legitimo. Secundo, quia iurisdictione etiam acquiritur consuetudine, ut multis citatis docet Sayrus lib. 1. de censur. cap. 6. Ex quo inferit, quamuis non Sacerdos existimatus Sacerdos inualide absoluat, tamen Sacerdos existimatus Parochus, & intrusus, vere absoluit, & confert reliqua Sacramenta: alia certe magna perturbatio sequeretur, si omnia sacramenta Matrimonij & confessionis ab his ministrata fuissent inualida. Nec obstat eandem perturbationem sequi, si Parochus sine intentione ministrasset, & tamen certum est sacramenta Confessionis, & Baptismi, & alia in eo casu non fuisse valida. Nam responderetur; esse longe diuersam rationem, quia intentio in Sacramentis iure diuino requiritur: at iure humano iurisdictioni applicatur materia, ac proinde ius facit quod potest ad euitandam rerum perturbationem, & ita censetur in his casibus iurisdictionem contulisse, vel materiam applicasse. Bordonus vero, ubi supra, asserit, hanc sententiam non esse fundatam in leg. Barbatius, sed in prouisa pietate Ecclesiae, quae saluti fidelium intendit subuenire.

4. Sed non deferam hic apponere verba sapientissimi Francisci Syluij sacrae Theologiae primarij Professoris in celebri Academia Quacena, qui in part. 1. resol. variar. verb. Matrimonium §. 1. sic ait: Dices, ad hoc ut gesta per sacerdotem, qui ex communi aestimatione, & errore est Parochus putatius, valeant, ipse debet habere titulum; cum vero non habet Sacerdos, qui, ut dictum est, assumitur a Colonello, vel Capitano militum. Responderetur in primis quod iuxta Henriquez Sanchez,

Sanchez, Bonacinam, Barbosam, & alios, non sit necesse cum habere titulum verum, sed sufficere quod habeat coloratum, & putativum. Affirmant enim validum futurum matrimonium contractum coram laico cui Parochus concessit facultatem assistendi matrimonio, si communi errore habeatur Sacerdos: in proposito autem, Sacerdos, qui assumitur, habet titulum saltem coloratum, quatenus communi hominum aestimatione putatur (verè ne, an falsò, disceptatio est) quod tale ibi sit privilegium militum.

5. Respondeo *secundò*, quòd Basilius Pontius *lib. 5. cap. 20.* tanquam probabilis sustinet non requiri titulum, modò adsit error communis, quo scilicet aliquis communiter putatur esse verus Parochus, seu habere Parochi beneficium, vel officium, docens propterea, eius qui caret titulo, est tamen putativus, & intrusus, gesta valere; tum quòd negari non potest iurisdictionem acquiri præscriptione & consuetudine, ex quo sequitur illam non semper haberi ex superiore legitime, tum quòd instrumenta confecta à Notario, qui se fingebat Notarium, cum non esset, valent, quando sunt antiqua: concurrente communi fama, & opinione, quòd ille esset Notarius. Vbi post multa concludit; si quis in Parochia constitutus esset ab oppidi Concilio, & communi omnium errore aestimaretur verus Parochus, omnia Sacramenta ab illo administrata valerent, modò sit Sacerdos. Et postea, Colligo, inquit, matrimonium coram Parocho existimato, etiam si sit intrusus, & non constitutus à superiore legitime, valere. Ita ille, qui postea in *part. 2. verb. Prelati, similes 1.* ita asserit Provinciam, ita, ut supponitur, electum, atque, ut aliunde intelligitur, à Commissario Generali confirmatum conformiter Clementinæ *Exim. de verborum significo.* habere titulum coloratum ad excedendum ea, quæ istius officij sunt, iuxta ea, quæ scribit Sanchez *lib. 3. de Matrimon. disp. 22. num. 3.* ubi dicens, quòd si peccetur in electionis forma, eò quòd solemnitas iure præscripta omittatur in electione, vel collatione, gesta per electum non valent; mox ita restringit. Intelligit tamen, nisi accedat legitimi superioris confirmatio: ea enim titulum coloratum confert, dum electionis vitium communiter latet.

6. Sed et si non haberet titulum ne quidem coloratum; quamdiu tamen haberetur communiter pro vero, ac legitime Provinciali, probabile est quod per eum gesta valeant; quia, ut multis docet Basilius Pontius *lib. 5. cap. 20.* titulus non requiritur, quando est error communis, ita ut passim, & communiter reputetur esse verus superior. Hæc Sylvius.

7. Et tandem hanc sententiam tanquam probabilem admittit Machadus *tom. 1. lib. 1. part. 2. tract. 1. document. 8. num. 2.* Vnde videant Lectores si potuit falsam vocare hanc sententiam novissimè Ioan. Escobar in *addit. ad tract. de iurisdictione, art. 5. n. 51.* Fateor contrariam sententiam esse communionem, & illi ego adharco; tamen sententiam Pontij, & aliorum tanquam improbabilem non audeo damnare. Ex prædictis.

8. Inferitur *primò*, dum Sacerdos communiter habitus fuit pro Confessore approbato, quia titulum à legitimo superiore habuit, nulliter tamen propter aliquem occultum defectum, si absolvar à peccatis, ita valida manet absolutio, ut detecto postea defectu, & errore communi, non sit necesse confessiones ei factas cum alio legitimo Confessore reiterare. Ita Lessius *lib. 2. cap. 29. dub. 8. n. 66.* & alij.

9. *Secundò*, idem dic de omnibus gestis per Parochum putativum cum titulo legitimo: nam ea omnia tenent, nec indigent alia confirmatione, etiam in administratione Sacramentorum. Ita Henriquez *de Matrimon. cap. 62. num. 26. et 28.* quæ omnia procedunt, etiam si post titulum legitimum, & veram possessionem, adveniat defectus, seu causa impeditiva illius muneris, ut est excommunicatio, suspensio, & similes, occultæ tamen; rata manet absolutio, & quælibet Sacramentorum administratio. Ita Sanchez *de Matrimon. lib. 3. disp. 22. num. 41.*

10. *Tertiò* hoc procedit dum Parochus laico communiter reputatus pro Sacerdote, facultatem præbuit matrimonio celebrando assistendi, nam validè coram eo contrahitur, cum titulum habeat, error communis interveniat, & eius incapacitas suppleri possit per Ecclesiam, quæ sicut potest statueret, quòd non sit necesse matrimonium coram Parocho celebrare, statueret potest, quòd sufficiat celebrari coram laico, etiam si pro Sacerdote non habeatur. Quod verum est, quamvis contrahentes matrimonium, sciant defectum Parochi, dummodo ceteri communiter illum ignorent, nam communi errori, non particulari scientiæ attenditur. Ita Sylvester *verb. excommunicatio, 3. §. 5.*

11. *Quartò*, idem dicendum puto dum titulus verus adest, sed deficit: vel quia concessus fuit pro certo tempore, quod fuit elapsum; vel quia reuocatus, vel inhibitione, aut privatione, aut similibus, quia si communiter id ignoretur, & adhuc durare credatur, acta eius virtute valent, & tenent. Ita Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2. et seqq.*

12. *Quintò*, à fortiori asserendum est valere omnia acta iudicialia, vel extra facta per iudicem occultè excommunicatum, suspensum, vel interdictum, dum communis error, & ignorantia aderat, ex reddita ratione. Ex quo sequitur Episcopum excommunicatum occultè valide conferre Ordines. Ita Valerius in *different. viriisque fori, verb. nullitas, different. 3.*

13. *Sextò*, dicendum est habentem beneficium collatum per putativum iudicem cum legitimo titulo iurisdictionis, rectè, atque tutè possidere, nec necesse habet alia collatione, nec institutione: ita contra nonnullos putantes *d. l. Barbarius*, in beneficialibus locum non habere, docent Lessius *d. dub. 8. num. 66.* Auila *de censur. 2. part. cap. 6. disp. 6. dub. 7.*

14. Et tandem, ne claudatur tractatus iste sine Pontificis mentione, limitanda est doctrina in hac resolutione posita: & dicendum est procedere, quando inhabilitas putativi iudicis, talis est, quòd suppleri valeat per superiorem, vel per potestatem humanam; secus verò aliter: ut si sit defectus iuris naturalis, vel divini, quod nec tollere, nec supplere potest potestas humana, nec quidem dispensare. Vnde inferitur, falsum esse dictum Iasonis in *dist. leg. Barbarius, num. 64.* aientis, quod si in Pontificem eligeretur femina, communi circa sexum concurrente errore, valere per eam, velut Pontificem, facta; quòd, inquam, falsum est, cum defectus feminæ ad summum Pontificatum ex natura proveniat, qui suppleri per potestatem humanam non potest. Ita Lessius *2. de iustit. cap. 29. num. 66. sub vers. tertio.*

Sup. contèd in hoc §. in tom. 5. tr. 1. Resol. 3. post medium, à vers. Si vix licet talis.

Sup. hoc in tom. 4. §. 8. lege latans doctrinam, Resol. 54. signanter §. 2. à lin. 8. & vers. Sed quoad feminas, & in aliis eius not.